alia causa, aut impedimento quantumvis iusto, ac le-
gitimo in praed.ª Ecclia, aut saltem Dioecesi residere
excepto tempore à Sacro Concilio Trid.º praefinito, aut
noluerint, aut nequiverint minimè absolutos
esse, aut censeri ab obligationes, quam per professionem
regularem contraxerint de vivendo intra Claustra
et sub obedientia Superiorum eiusdem Religionis
observandoque omnia, et singula, quae à Regularibus
intra Claustra degentibus sive ex voto, sive ex
praescripto Regulae, et Constonum suae Religionis
quomodolibet, et qualitercumque observari debent
ac solent, adeo ut quandocumque in hac parte defe-
cerint, nec à Sancta Sede licentia, aut dispensatio-
nem in scriptis obtinuerint, nec statim ad Claustra
suae Religionis sese contulerint, ad omnes illas
poenas, quae contra Regulares extra Claustra degentes
à Sacris Canonibus, atque Aplicis Constonibus prolatae
sunt teneantur; Superioribus Ordinis, ad quos perti-
net, iniungendo, ut ad Claustra eos revocent ad prae-
scriptum Constonum Aplicarum contra Regulares
extra Claustra degentes emanatarum; Ut vero insuper
omnis prorsus eisdem Epis postquam ad Ecclesiam pro-
moti fuerint, adimatur occasio extra Dioecesim
divertendi eadem Sanctitas Sua in praesens Decreto
alias pro similibus Epis à S. Congr.e de Propaganda
Fide coram San: me: Innoc. X. ipsius Praedecessoris lat.
ac laudabiliter habitis servato, vigore praesentium decer-
nit, ac statuit, nullatenus eisdem licere, postquam